Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



accipiens et fiet nobis Compl. Deus auctor pacis et amator
quem nosse viuere cui seruire regnare est protege ab omni
bus impugnationibus supplices tuos ut qui in defensio
ne tua confidimus accepto pignore salutis nullius ho
stilitatis arma timeamus per alia Quesumus domine deus ut
ut quos diuina tribuis participatione gaudere humani
tus nos sinas subiacere periculis per dominum et fulgura et tempestates
Adsumptis tuis quesumus domine spiritales nequitie repel
lantur et aeratum discedat malignitas tempes
tatum per dominum Gra. Oremus et domine laudes et munera
pro concessis humanis gratias referentes et pro conce
dendis supplicat deprecantes per Compl. Oremus pietatem sempiternam
qui nos castigando sanas et ignoscendo conseruas
precamur quesumus supplicationibus nostris ut per hec diuina mysteria
tranquillitatis huius optate consolationis letentur
donis tue pietatis semper utantur per dominum Pro tribulatione
Omnipotens sempiterne deus miserorum consolatio
laborantium fortitudo perueniant ad te preces
de quarumque tribulatione clamantium ut omnes qui
in necessitatibus suis miseriam tuam gaudeant affuisse
per dominum Gra. Oculis subiunctis oculis omnes correpti
dat et omnes conscientie pauescant. Priuate phas
sacras oblationes omnium dolentium gemitum rau
corum miserere laguoribus ut sicut nemo unum liber est
a culpa ita nemo sit alienus a pena per dominum Compl.
Deus refugium pauperum spes humilium salusque mi
serorum supplicationes omnium afflictorum deuiet
ad te ut quos iustitia obnoxios facit afflictos diuina
sacramenta reuelata faciat consolatos per dominum
Omnipotens sempiterne deus qui viuorum dominatur defunctorum